

Decretum inter VAMP. Benedictum Pliaszewicz Ex-Secre-
tarium Ordinis S. Basilii M. Gralem ex una, et AMP. Timothe-
um Szurawski Superiorem Bialensem ex altera parte =

Actum in Monasterio Bialensi sub tempus Visitationis Con-
vicia Anno 1788 die 22. Novembris

Coram Almo Patre Anasio Faltkowski O.S.B.M. per Litt
Superiore Provinciali Judice Ordinario, Comparando persona-
liter VAMP. Benedictus Pliaszewicz O.S.B.M. Ex-Secre-
tarius Gralem contra AMP. Timotheum Szurawski Eisdem Or-
dini Superiorem Monasterii Bialensis porrexit libellum ma-
nu propria subscriptum sequentibus expressum verbis: = Quin-
quaginta aureos per AMP. Patrem meum et Monasterii Bial.
Superiorem, à Monasterio Volnensi mutuo acceptos, indebi-
teque Summe Cyborensi adnumeratos, circa extinctionem
omnium debitorum, restitui, etiam cum provisione annua
dicto Monasterio Volnensi. Cujus Summe cum repetitio
ab AMP. Patre Superiore meo exigenda, officiose curata, iam in-
dicta sit a Reverendo Almo Patre nuper Provinciali nunc O.S.B.
Nostri Proto-Archimandrita. Modernum Andinum Officium
humillime exoro, ut quod probatum cautumque est, executioni
mandetur. Ad probandam vero hanc suam veram et realem
pretensionem, attulit 1^o calculationem factam a presenti die 13
Maii ex perceptis per se redditibus de Bonis Cybor, quorum
curam gessit, coram Patre Almo Porphyrio Masbeck Warynski
nuper Provinciali, nunc vero Generali Ordinis, in qua cum
nommenter omnes Summe undecumque accepte ad 71410 fl. Pol.
accrescentes, et jure hypothecario super dicti Bonis Cybor
locata, summa 50 Hungaricorum, mutuo à Monaste-
rio Volnensi accepta relictus, quare aut pecunia AMP. Timo-
thei Szurawski Superioris Bialensis, qui ex usus sui pecunia
ad complementum totius summe 71410 fl. Pol. aliquid con-
tribuit, est associanda, aut Summe Monasterii Bialensis ad
quantitatem præscriptam 71410 fl. Pol. pertinentis adnume-
rari debet. 2^o Syngrapham reversalem AMP. Szurawski,

in qua dei expendantur diverse summe ad constandam quantitatem
 71410 fl. Pol. a vicinis collecta, § 50 nulla fit mentio, immo recensitis
 distinctionem omnibus iam habitis summis, cum adhuc ad summam
 totalem desiderarentur 9000 fl. Pol. hunc defectum partim ex pe-
 culio usui sui et quidem in fl. Pol. 2110 AM^o Szarowicki par-
 tem ex acceptis mutuo a Confraternitate Ecclesie sue Biatensis
 fl. Pol. 468 suppleendum promittit, reliquum vero, quod superfu-
 erit a se autore, et sua industria adpiendum proposuit.
 In presentia AM^o Simothei Szarowicki Superioris Biatensis, con-
 tra praesentatum VAR^o Benedicte Eliazewicz ex Secretarii Generalis
 praetensionem injustam, sibique injuriosam protestantis, et suam
 scripturam responsivam coram iudicio producentis = Quod ipse
 collaborando ad acquirendum praedium Lygibor, nullis parcendo
 impensis, et valetudini suae, pro tunc satii infirmo, collegent
 summam capitalem fl. Pol. 71410 idque modo sequenti = Ex
 retenta provisione in orario Comorum Principum Rzeczicid an-
 nuam sibi debita fl. Pol. 13677. Ex cessione Summae Ill^o
 Morawskie in eodem orario Comor Principum Rzeczicid ham-
 tis fl. Pol. 3733, ex mutuo accepto a Monasterio Volnensi
 fl. Pol. 900. Ex censu debito a Comis Principibus pro medietate
 anni ad tempus occupationis praedii Lygibor fl. Pol. 1050. Ex
 mutuo accepto a Confraternitate sua Ecclesie Biat. fl. Pol. 468.
 ex concessis usui suo fl. Pol. 2100. Ex Monasterio Brestensi
 fl. Pol. 20,000. ex onipis a Am^o Abbate Lelczynensi pro tunc
 Provinciali fl. Pol. 25000. a VAR^o Eliazewicz ut testatur
 Syngrapha reversalis a RP Nidzwerdzki pro tunc Procuratore
 eidem data fl. Pol. 4482. Quae singula in usum efficiunt
 fl. Pol. 71410, cuiusque hoc modo probaverit praetensio quo-
 que § 50. a Volnensi Monasterio mutuo accepto adiecto op^o
 summae integrali, neque sine his potuisse coalescere quantitatem
 in Bonis Lygibor collocatam, postulavit se liberam pronun-
 tian ab exolvendis indebitis requisitis § 50.

Quia vero in sua reversali Syngrapha data VAR^o Benedicte
 Eliazewicz nominando quaedam summas in Lygibor locandas
 quantitatem § 50 non expressit, neque etiam reliquum ad com-
 plendum summae integralis necessarium a VAR^o Eliazewicz
 adpiendum expresse determinavit, id minime sibi obesse,
 neque ex hoc capite ad exolvendas totas memoratas § 50
 stringi.

stringi se debere hoc modo explicavit: Per hanc animi reversa-
 lem suam contestatam est solius enumerata esse 25000 fl. Pol.
 a VASP. Eliazavici ad quam summam 5000 minime pertinent,
 cum haec ex 10000 fl. Pol. mutuo a MD Pankovskii acceptis -
 9000 Monasterii Volensis, 4000 Monasterii Ceprensis et 2000 Mo-
 nasterii Bytenensis ex Katorviciac levatis, conflata fuit. Me-
 minit quoque in eadem reversali 20000 fl. Pol. quos ad manus
 Usim Principis in Nicoviz enumeravit, sed neque ad hanc
 summam 5000 pertinere possunt, cum expressa 20000 à Mo-
 nasterio Bytensi integre accepta fuerunt. 18460 fl. Pol.
 propria Monasterii Biatensi minime in se continent hoc 5000
 nam primo haec summa coevaluit ex 15677 pro annuo censu
 per annos plures non exsoluto a Usim Principe Radziwidd,
 secundo ex 3733 a dicto Principe Jhmis Moscovitic asse-
 curatis, atque ab eodem Monasterio Biatensi donatis. Et
 praeterea ex censu pro sex mensibus debito ad tempus minimum
 occupationis praedii Gajber qui efficit 1050 fl. Pol. cum
 igitur 15677 fl. Pol. 3733, et 1050 in unum reducta effici-
 ant solum 18460 saporis dicti 5000 ut contendit pars altera
 Summae Monasterii Biatensis adnumerari non possunt. Ne-
 que Summula 2100 fl. Pol. quam ex usu sibi permisso
 VASP civitatis adiecit eodem 5000 aspicari possunt cum sine
 his totalis summa 71410 nullo modo conspici possit. Jam
 autem quod concernit non expressam in reversali a se data
 quantitatem quam VASP Eliazavici ad complendam sum-
 mam integram adiecit, haec quantitates in altera reversali
 Syngrapha posterius à VASP Niedzwiedzi data specificantur.
 Non enim in reversali prima specificari potuit, cum adhuc
 deliberatum fuit de partibus ex quibus reliquum ad totalem
 summam conspiciendam necessarium haberi possit; siquidem au-
 tem VASP Eliazavici suppleto defectum ad complementum
 totius summae adiecit 249, quod ad complementum totius
 summae efficit 4482. fl. Pol.; in testimonium huius pecuniae
 a se enumeratae Syngrapham accepit reversalem, per quam
 innotuit certa quantitas, in prima Syngrapha non adnotata.

Hoc

profecto Monasterio donata. Et praeterea ex censu eadem Monasterio
 pro sex mensibus a summa Capitali apud memoratam Principem
 existente fl. Pol. 1050. 4^o Summe raris olim ex Monasterio col-
 lecta, et in praedicta Kortowice locata, nunc vero pro complemento
 summe sine hypothecae in Lyabordi locata, levata, ac per
 VCAP exsolutes, videlicet 1^o Monasterium Volnensis 9000 fl. Pol.
 et census pro sex mensibus ab eadem summa dicto Monasterio de-
 bitu officari fl. Pol. 315. 2^o Monasterium Capuensis, 4000 fl. Pol.
 et census pro sex mensibus fl. 140. 3^{io} Monasterium Bylenensis
 9000 fl. Pol. et census pro sex mensibus 70 fl. 5^{to} mutuo
 accepta summa a MD Popelnowski ad sex tantum menses fl.
 Pol. 10000. 6^{to} MRP Szurawski Superior Biaticensis, partim
 sui usus, partim acceptis a Monasterio Volnensi fl. 900 ad-
 didit summam fl. Pol. 3469. Cum vero haec nondum suf-
 ficeret summa ad eandem complementam VCAP Benedictus Vi-
 apawic mutuo accepit a Depositario Casus Regie in Kiczynca
 fl. Pol. 2700, praeterea a quodam Mercatore fl. Pol. 1257,
 quae si enumerata summa efficeret quantitatem 11410, cum
 etiam 550 a Monasterio Volnensi accommodato, scilicet expres-
 sos ut N^o 6 est adnotatum, comprehendant, ideo MRP Timo-
 theus Szurawski a praetensa exsolutione 5000, neque summa
 usui sui, neque Monasterii Biaticensi aduersum libes pronuntiat.
 Mala quoque et prolixa calculatio facta coram P^{ro}curatore pro-
 vinciali, ad praesens Proto Archimandrita Congr^o nostrae
 haud potest parte Actorum patrocinari, quibus firmatae et con-
 tunc reddere praetensionem, ita ut quasi per eandem restitutione pra-
 tentionum 5000 sit indicta, siquidem in allata calculacione nul-
 lum legitimum decedum restitutionis, sed sola expresse praetensio
 et quasi deponitorum 5000 cura ostenditur. Ad haec illa calcu-
 latio abusive et iniquis occupato MRP Szurawski est per-
 cusa, qui nec citatus, nec aliqua significatione praesentis, rati-
 onem summam per se acquiritur reddere non valuit.
 2^o VCAP Elapewic in dicta calculacione sua cura acqui-
 sitos ad complementum summe totalis numeravit 5382
 fl. Pol. cuius numeri realiter nullo pacto evincit potest, nam
 ab expressis 5382 fl. subtrahantur 900 fl. Volna accepti
 10

remanebant adhuc 4482 fl. ex numero vero 8^{vo} Excerpti Consultationali constat tantum VAP^o Eliaffewicz ex mutuo acceptis contuluisse fl. Pol. 3957 reliquum vero ex censu debito et ex redditibus Villa Kostowice nonnullis nostris Monasteriis exsolvendo.

Quod vero spectat alteram pretensionem VAP^o Eliaffewicz, in mirum enumerandum sibi 825 fl. Pol. ex eo quia ipse pro captanda summa habuit tantum fl. Pol. 3957 mutuo accepto et Depositione Curie Regie et a quodam Mercatore, ut colligitur ex 11^{to} 8^{vo} Excerpti Consultationali, Syngrapha autem RP. Wiedziadzi sibi data testatur ad integritatem summe adjecto fl. Pol. 4482, ab horum quoque 825 fl. Pol. restitutione Monasterium Biatense immune decernitur, nam si ad summam 3957 fl. Pol. addatur census ex praedio adhuc Kostowice Monasteriis; Volucensi in quantitate 315, Seprensi 140, Bytenensi 70 fl. Pol. exsolvendus, computatus vero ad summam integram prout colligitur ex specificata consultatione, fiet summa accuratissima in reversali RP. Wiedziadzi expressa. Ne vero in posterum aliquid in hoc negotio oriatur contentiones, aut pretensiones, utriusque parti impingatur, ut sua charta, inscriptiones, Syngraphae reversales, et altera quoque proportionem praedii concernentia ad invicem sibi reddant, de redditibus se mutuo quietent, pacemque mutuanam et charitatem, ut per personas legitimas et characteris insignitas delect, conservent. Et, ita statimur decernimus et pronuntiamus etc.

Decret między Przewidobnym w Bogu IX Benedyktem Eliaffewiczem z jedney, a Klastorem Bzieskim z drugiey strony.

Biatoy w Trypynie Roku 1788 Dnia 27 Listopada.

Przed Najprzewidobniejszym w Bogu Julem Xigorem Atanazym Jabkowskim Zakonnym Bzieskiego w Nowowiatem Litawskim starym oblasnie Przewidobnym IX Konigim Jabkowiczem Zakonnym Bzieskiego w Superior Klastoru Bzieskiego, imieniem tego Klastoru zakladowic najprzeccis Przewidobnym IX Benedyktem Eliaffewiczem tego Zakonu Ex Sekretarzem Generalnym, a miewskuter-miewic Delicta między wspomnianym IX Eliaffewiczem a Klastorem Bzieskim Zapadtego Roku ras 1788 w Miesiacu Maju